

1
674
anf.

META

DISC

OND

1

M. JOHANNIS BAYERI

Epericffino-Hungari Colleg. Philos.

Witteberg. Adjuncti.

DECISIONES
METAPHYSICARUM

DISCEPTATIONUM

EN FLORENTISSIMA AD ALBIM ACADEMIA

PUBLICIS

DUODECIM DISPUTATIONIBUS

VENTILATÆ ET EXPOSITÆ.

Apr 674.



WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS BORCKARDI.

Anno M DC LIX.

Inclyto Nobilissimoq;
MAGISTRATUI
CIVICO EPERIENSI,
Nobilissimo, Prudentissimo, Amplissimoq;
DN.


J U D I C I

Ceterisq;
Nobilissimis, Prudentissimis, Amplissimisq;
DNN.

SENATORIBUS

Regia Libera Florentissimaq;
CIVITATIS EPERIES,
Dominis meis, Patronis atq; Nutritiis
Munificentissimis
P. S. D.

Nobilissimi, Amplissimi, Prudentissimi, Spectatissimiq;
Viri, Patroni atq; Mæcenates
Honorandi

uo loco sint apud Vos Literæ, quo Res
Divina, quo publica privataq; omnium
salus, ego, post alios innumeros, Cli-
entum Vestrorum minimus, vivæ ad instar
imaginistestor. Eos impressistis mihi Pru-
dentix, Fidei, Munificentix Vestræ caracte-

A 2 res

res, ut hæc, juxta cum cæteris, Virtutes Ve-
stræ, quibus, si pares Vobis sunt alij, nemo
certè superior, vigeant florentq; in exteris
hiscæoris non aliter, ac si præsentis hęc loco-
rum rem gessissetis. Neq; enim dubitare
quisquam potest de bonitate stirpis, ubi tam
luculenti se produnt fructus. Longè certè
in futurum pro spexistis, cum jam olim, te-
nero adhuc mihi, ad continuandâ literarum
studia fuistis Autores. Quod ipsum, quâ in-
tegritate animi, quo in DEUM publicamq;
salutem feruore ac fide, profectum sit à Vo-
bis, declarastis haud obscure ante hoc circiter
Quadriennium, cum ex Præfectura Adole-
sentiæ Illustrum Baronum de Prænk &
Manndorff evocatum me, & publico eoq;
amplissimo instructum Stipendio, ad floren-
tissimam hancce Wittebergensem Academiam,
postliminio quasi repetendam, expeditivistis.
Vestrum est, honoratissimi Patres, benefici-
um, quod Literis vacare, quod & Litera-
rum fructus nonnullos capessere, imò quod
vitam ipsam trahere, celebri hoc in Empo-
rio studiorum, mihi lieuerit hunc usq; in diem.
Ubi, numne Consilium in me suscipiendo, num
propensam studium ac paterna prorsus cura in
fovendo, an Munificentissima manus Vestra
in toto negotio conficiendo, celebrari ma-
gis debeat, ambigitur merito suo, cum sum-
ma sint omnia. Mihi verò, Benignissimi
Mecœnates, quanta inæumbit cura, quan-
tum

tum studium, ut excipere tantum Favorem
Vestrum dignè queam, & Spei de me con-
ceptæ, ex aliqua saltem parte, neq; enim licet
ex Assè, satis facere? Reputavi ista mecum,
anxièq; expendi. Deprehendi verò, quanto-
rum sim debitor meritorum, solvendo qui
fierem, necquicquam cogitavi. Illud Chrispi-
pi venit in mentem, qui volebat, gratum
hominem, velut in cursus certamen com-
positum, & carceribus inclusum, quosvis
temporis articulos operiri, ad quos, ceu dato
signo, pro siliret. Profiliui & ego, hanc quam
cernitis, occasione. Non quòd paria me-
ritis Vestris facere moliar, sed ut quod acce-
pissimè, publicè agnoscerem. Ingratus
namq; est, dicente Seneca, qui remotis arbi-
tris agit gratias. Vobis igitur, Honoratissi-
mi Patres, Mecœnates atq; Nutritij Optimi
Maximi, præsentis pagellas meas, publicis
acroasibus ultro citroq; ventilatas & expensas,
jamq; divina ope ad finem exopratum dedu-
ctas, humiliter officiosèq; consecratas vo-
lo. Chartaceum idq; levioulum est munus.
Quid poterit verò, præter chartulas quas-
dam, proficisci ab eo, qui non nisi cum
chartis cottidie colluctatur, nec aliunde
spolia referre valet, quæ deponat ad pe-
des Vestros, quam ex hisce suis Adver-
sariis. Quo accedit id, quod & infelici-
tas mea, & Vestrum, quibus debeo, fe-
licitas, impediatur, quominus Vobis à me
quic-

quicquam possit accedere. Accipite ergo
Mecœnates Optimi, hoc quicquid est mu-
neris, ab alumno cienteq; Vestro. Ve-
stris auspiciis, gesta sunt, quantilla etiam
sint, omnia: Vestra ope favoreq; susce-
pta, confecta. Odor hic est fragrantia
Tuæ, florentissima Fragaria. Ad Te re-
dit meritò, quod ex Te. Utinam Te di-
gnum! Sed quod in re non est, esto
in animo & in Spe. Vivite Mecœnates
Optimi! Vive Fragaria Univerfa! Quod
ex animo vovet

*Datum Witteberge
Pridie Calendæ
Aprilis.*

Alumnus Cliensq; Vester
devotissimus

M. JOHANNES BAYER
Colleg. Philos. Witteberg.
h.t. Adjunctus.

Cl-

Clarissimo & Præstantissimo

Viro

**DOMINO
M. JOHANNI BAYERO**

Hungaro, Facult. Philosoph. Adjuncto,
Amico dilecto, Controversias
Metaphysicas dirimenti
& extricanti:

Controversa notas, *Transnaturalia* pandis,
Et spretis tricus dogmata sana probas.
Spinosum quodvis merito removetur ad

Orcum.

Commoda quæ Musis, commoda quæq;
Scholis

Selegisse juvat, tum plana probata docere
Præstat. Sic Patriæ commoda mille
feres.

Discute Marte Tuo nebulas, & solvito nodos:
Præmia tot referes, quot pretiosa legis

Congratulab. applaud.

Joh. Scharffius D.

Prof. P. Senior &
Præpositus.

Quie-

Quicquid subductum est oculis, & mente
tuendum
Solâ patefcit, Musa BAYERI explicat
Hic chartis, quas Lector habes. miratus acumen
Applaudet fautor ingenii atq; industriæ,
Quæ paria hîc pulchrè faciunt, pretiumq; loquuntur

Simul libelli, Conditoris & simul-

*Festinantissimo calamo sed prolixo
affectu Scr.*

Augustus Buchnerus P.P.
& Academiæ Senior.

JESU BONE FAVE!
DISPUTATIO METAPHYSICA

Ende
Su
PR **MIALIUM,**

tribens

ssima Leucorœa.

PRESIDIO

M.

S BAYERI, Ep-
no Hungari,

*philosophantium limæ
submitte*

US HÜLLERUS,

berg, Misnicus,

Auditorio Minori

Junii horis pomeridianis,

MDCCLXX.

Typis MICHAELIS Wende.